

VIII.

**M. Johan Vandals Anvisning til Provsteembedets
rette Udførelse.**

Efterfølgende ret mærkelige Stykke findes blandt den flittige Samler Chr. Brandts efterladte Papirer i Kallske Saml. 473. 4. tilsyneladende afskrevet efter en Kirkebog fra Haderslev Len. I Forbindelse med denne Anvisning findes ialfald Uddrag af det hos Rohde, Haderslev Amts Beskrivelse, S. 11—13, gjengivne Tingsvidne af 1541 om Bekjendtgjørelsen af Kongebrevet angaaende de nordslesvigske Præsters Indkomster, samt andet, der viser hen til Sønderjylland, f. Ex. en »Formula Confirmationis« fra det 17de Aarhundrede, eller et tysk Ritual for den i Slesvig langt tidligere end i Konge-

riget indførte offentlige Konfirmation af Ungdommen. — Det her meddelte Stykke har ingen Tidsbestemmelse, saa man ikke ser, om det var som Biskop i Ribe eller som Superintendent i Haderslev, at M. Joh. Vandal eller Slavus har givet Herredsprovsterne disse Anvisninger. Overskriften taler for det første (men den kan være senere tilføjet); de ovenomtalte Uddrag og tildels Indholdet tale for det sidste, da det maa erindres, at Tørninglen ikke hørte til Ribe Stift i de Aar (1537—41), Johan Vandal var Biskop i dette Stift. Jeg for min Del nærer ingen Tvivl om, at Anvisningen i nærværende Form er givet de nordslesvigske Herredsprovster imellem Aarene 1533 og 1537, og vel nærmest ved det førstnævnte Aar. I Stykket findes nemlig Ytringer, der vise hen til den allerførste Tid efter den evangeliske Kirkeordens Indførelse, f. Ex. Bemærkningen om, at en Del af Almue, og som det synes nogle af Præsterne med, ventede, at den katholske Lære skulde blive indført paany.

Sproget i Stykket er paa flere Steder mangelfuldt som en Følge af gjentagne skjødesløse Afskrivninger. Jeg har foreslaaet nogle Rettelser eller sat et sic, hvor jeg formodede nogen Fejl; men der er forøvrigt flere Steder end dem, jeg saaledes har udpeget, hvor Meningen vel nok forstaas, naar det hele læses i Sammenhæng, men hvor man dog kunde formode, at der ved Afskrivningerne har indsneget sig Fejl.

Om Forfatteren, Mester Johan Vandal, henvises til de Oplysninger, jeg har meddelt om ham i Kirkekalender for Slesvig Stift, 1ste og 2den Aargang¹⁾; men dengang kjendte jeg ikke nærværende Anvisning for Provsterne, der dog

¹⁾ Hertil kunde dog føjes følgende Vidnesbyrd af en af hans Eftermænd, M. Peder Jensen Hegelund, om den Flid, hvormed han ogsaa som Biskop varetog en Læsemesters Embede: „M. Johannes Vandalus Superintendens una etiam Lectoris munus magna diligentia explevit. Nam et in schola proposuit Dialecticam, et in Sacello Catechesin et Euangeliorum Dominicalium explicationem“. (Thottske Saml. 2041. 4. Dän. Bibl. I, 154).

fortjener at offentliggjøres som et ret mærkeligt Aktstykke fra Reformationens Tid.

Primus Superintendens Ripensis Dioecesis

M. Johannes Slavus.

Ratio Visitationis Præpositorum, ut sese in faciendis rationibus præpositi habeant apud parochos et parochiam singularum ecclesiarum.

Cum ad ecclesiam pervenerit præpositus, præsentē jam paracho et parochianis, hæc quæ sequuntur pro officii sui ratione et summo quidem serio requirat, tum ut intelligat populus prædicationis nostræ certitudinem, necessitatem et durationem; extra eam¹⁾ nostram prædicationem non est salus, et est hæc sola quidem certissima et diuturna quoque usque ad finem mundi novissima omnium nostra prædication; tum ut officii sui subinde admoneantur parochi, et assuefiant ad ea, quæ potissimum Episcopis in ministerio suo urgenda sunt. Et desinat ita tandem populus de alia doctrina reducenda cogitare, et paroehi ad suam Ægyptum redire etc.

Primo scilicet interroget

de evangelio, ratione nostræ salutis, hoc est, an per omnia sincere evangelium prædicetur. Quod si id parochus se pure prædicare fateatur, et parochiani ita rem habere testificentur, requirendum, quid sit Evangelium pure prædicare, et quid potissimum in eo urgendum. Evangelium enim pure prædicare est solam fiduciam misericordiæ Dei absque omni conditione legis urgere, et hoc ut certi simus per omnia salutis, hoc est, an ita prædicetur, ut intelligant omnes, sola fide per misericordiam Dei propter Christum certa²⁾ salvandos esse; et hanc fidem caritate, hoc est, omnibus generibus bonorum operum in sua cujusque vocatione ostendendam esse; et hinc perferendum patienter esse quidvis, quod Sathan non cessat fidem per caritatem efficacem exagitare. Sed nomen Domini invocandum, ut consistere queant juxta illud:

¹⁾ Her bør vel læses: enim.

²⁾ Her bør vel læses: certe.

credidi, locutus sum, humiliatus sum nimis, sed nomen Domini invocavi; hæc enim via est ad salutem æternam. Fides est certa fiducia salutis. Caritas sedulum ministerium proximi sui cujusque vocatione. Crux est firma patientia in adversis. Oratio est certa expectatio auxilii divini. Fide per dilectionem efficace regnum coelorum ingredimur, et ingressos nos esse testamur cruce per orationem salutari, in eo conservamur et naturæ divinæ participes efficimur. Evangelium enim in hoc potissimum prædicatur, ut salutis æternæ per omnia certificemur et naturalem animorum dubitationem ejiciamus, ut ex indubitata Spiritus Sancti persuasione dicere queamus, nec volumus nec possumus aliter sentire.

Secundo scilicet interroget

de Catechismo [seu] Exercitatio[ne] Evangelii, hoc est an verbis prædicetur Catechismus et una simplici ratione semper, quemadmodum in minori Catechismo Lutheri præscriptum est, et an fructum eius in confessione a singulis experiantur. Catechismus enim laicorum biblia est, qui docet exercitium Evangelii, et complectitur primo decem præcepta, quæ veram poenitentiam, cognitionem nostri tradunt, ut sciamus, quid facere et omittere debeamus, adeoque voluntatem omnem, quam a nobis requirit Deus; secundo Symbolum Apostolicum, quod veram fidem, cognitionem omnium tradit, ut sciamus, quid credere et non credere debeamus, adeoque rationem complendæ voluntatis Dei, quam ipse donat; tertio Orationem Dominicam, quæ exercitium veræ poenitentiae et fidei tradit, ut sciamus, quid precari et deprecari debeamus, adeoque modum, quo veram poenitentiam et fidem consequimur. Nam hæc tria scire quemque Christianum oportet. Primum, quid facere et remittere debeat, secundum, quid credere et non credere oporteat, tertium, quid orare et non orare conveniat; propter ea quidem¹⁾ fide nobis per orationem impetrata voluntas Dei complenda sit.

¹⁾ Her bør vist læses: propterea quod in.

Tertio inquires Præpositus

de Sacramentis, confirmationibus fidei et indicibus poenitentiae. An conformiter in Ecclesiis Sacramenta administrentur. Nam pueri in necessitate baptizati rebaptizandi non sint, tantum confirmari debent, neque quisquam non examinatus in Confessione ad Sacramentum admitti debet, nec publicis peccatoribus nec aperte criminosis nondum aperte cum partibus reconciliatis dare. Sunt enim Sacramenta certa signa voluntatis Dei erga nos ad exercendam fidem et consolandum instituta; quod¹⁾ ergo per confessionem se peccatorem non agnoverit, nec fidem suam confessus sit, nec cur sacramento se refici poscat rationem reddiderit, ad participationem eius admitti non debet.

Quarto

de reliquiis Papisticæ abominationis, hoc est, an omnes abusus Papisticæ impietatis abiecti sint, nec enim deinceps vigiliis, missas defunctorum aut alioqui privatas fiduciaras preces, invocationes Sanctorum, adorationes imaginum, incensationes cerearum, aut quidquid eiusmodi est reliquiarum impii cultus, ferendum est, in offensionem infirmorum et remoramentum veræ pietatis. Notum enim est, quid Regibus Juda propter excelsa non ablata contigerit, quod Gedeon in suo Ephod²⁾ totum Israellem peccare fecerit, Judicum 8. Et quomodo Ezechias serpentem æneum confregerit, quem erexerat Moses, 4 Reg. 18.

Quinto

de scandalis, hoc est, an publici blasphemii contemtores Evangelii, scortatores, illegitimæ personæ aut alioqui ita facinorosi, ut publice per eos Evangelium male audiat, repellantur, quos repertos et ad se vocatos monebunt, ut se emendent, quod si secundo inventi fuerint non emendati, ad magistratum deferent, quo malum publicum publice correptum Evangelio non incommodet.

¹⁾ Her bør vistnok læses: qui. ²⁾ Læs: Ophra.

Sexto interroget Præpositus et demum de commoditate parochi, ratione publicæ structuræ, observantia coemeteriorum, ritu funerum, et diligentia infirmorum, hoc est, an parochus sufficienter provisus sit, et an omnia illa bona fide pendantur, aut in aliquorum calumniis pateat (sic), aut aliis ipse negotium facessat. Debetur enim parochis suis et victus et honor et quidem bona fide, et ipsorum ita est conversari, ut etiam aliis bonæ vitæ exemplum sint. Quam bene publicæ structuræ habeant[ur], ut satis mature ac in tempore restaurentur, iis enim collapsis non suppetat sumptus, unde reficiantur. An coemeteria in sua solita reuerentia observe[n]tur. Valde enim dedecet nos resurrectionem publice prædicare et nullo honore loca, ubi in tali fide defunctos recondimus, dignari; sic etiam quoque, quam pie funera producentur, et [an] satis sedulo etiam infirmi eorum invisentur.

Hæc jam sunt, quæ cadunt in officium Præpositorum et necessario quidem, siquidem præsentem doctrinam ad posteros nostros transmittere volumus, ne dicam præsentem in ea diutius continere. Et debent de omnibus iis quotannis Præpositi sub Pascha rationem reddere, ut si qui Parochi suspecti sint, examinentur, et si errorem habeant, corrigantur, aut si omnino corripui nolint, ab officio deponantur. Parochi vero, si notabiliter culpabiles sint, et post unam atque alteram correptionem non emendati fuerint, magistratui indicentur.

Finis.

Følgende Smaabemærkninger ere endnu tilføjede:

Communis consuetudo de Festorum celebratione.

Si aliquid festum solenne incidet in die Dominica, Evangelium semper sumendum est de festo.

Nihil unquam magis ecclesiæ Dei nocuit, quam fastidium verbi, post quod sequitur statim pruritus aurium, ut libenter audiantur noua, unde fit, ut suscipiantur errores sub nomine verbi Dei a doctissimis, ut patet in Anabaptistis.